Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26317
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Epyphanius ut optuno tpe reuelaret ewangelistis
ad scribendum et aplis ad pdicandum. ¶ Deinde
in sequentibus sui ewangelii Lucas non facit mencionem
bte v. vel aliorum dictorum aut gestorum ab ipsa vel
circa ipsam nisi ca. viii. referens quod extollens vocem
quedam mulier de turba dixit ad ihm. Btus uen
ter qui te portauit et ubera que suxisti. quam comen
dacionem btitudinis matris sue xpus mox ap
probauit dicens. Quin i. etiam ipsa est bta et non
solum ipsa sed et bti sunt qui audiunt uerbum dei. i. me
qui sum verbum dei. et custodiunt illud. s. credendo
et recipiendo et conseruando ¶ Que Johes scrip
sit de vita et virtutibus bte virginis. cap. vi.

priores

Johes uero qui ultimus in ordine tpis scripsit suum
ewangelium post tres alios ewangelistas tanquam uolens
negociari principaliter circa xpi diuinitatem ex ipsius xi
doctrinis et operibus et uirtutibus ostendendam et compro
bandam non facit mencionem matris xi nisi in duo
bus locis videlicet ca. ii. scribens. Et nupcie facte
sunt in chana galilee et quod mater ihu erat ibi et
deficiente vino in conuiuio nupciarum dixit
ad ihm Vinum non habent. Et quod ihus respondit
ei. Quid michi et tibi est mulier non dum uenit
hora mea. Et quod deinde mater eius dixit ministris.
Quecumque dixit uobis facite. Item ca. xix. scribit